

2683.

1328 d. 1 Nov.

Rimbo.

INGEBJÖRN i Gillberga säljer 10 öreländ i Medevi till sin son Mathias, och gifver derpå fasta.

Peringskölds afskr. Dipl. Miscellan. efter orig. *)

Omnibus presens scriptum cernentibus, JNGIBERNUS in Gilbærghum, salutem in Domino. Nouerint vniuersi me dilecto filio meo Mathie decem oras terre in Mydwi pro pleno et mero precio jure perpetuo dimisisse possidendas, tali condicione prehabita, quod nullus liberorum meorum ab ipso Mathia vnquam vocem habeat predicta predia reclamandi, cum domibus ceterisque adiacenciis, cum testibus wlgariter dictis Fastæ infrascriptis, scilicet domino Laurencio plebano in Ringbohærid, Laurencio Beskæ, Erlendo in øsby, Jaloni [ɔ:—ne] in Wxsn (?), Nicolao in Vtby, Laurencio in Ekiby, Thome [ɔ:Thoma] **) in øsby, et Thoma ibidem, Thoma in Silmalundum, Petro in Hastadum, Jngiwaldo ibidem, Olawo in Aalby, Jngimundo in Alby, Rangwalo in Warlidum, Andrea in Raby, Jngimundo ibidem, Thoriro in Mydwi, Laurencio Dymk, Sigwido in Gullungy, Andrea in Ekiby, Oloni [ɔ:Otone?] et fratris [ɔ:—tre] eius in Gilbergum, et Jacobo Screth. In cuius rei testimonium sigilla virorum discretorum, scilicet Elaui Haquonson, Aduocatus [ɔ:—ti] Stockholmen-sis, domini Laurencii in Ringbohærid, Domini Lintorm in Sebohærid, Olauï Pætersen, Petri Olafson, vna cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Datum in Ringbohæri Anno Domini M CCC XXVIII. in festo omnium Sanctorum.

Sex sigill äro signerade under afskriften.

2684.

1328 d. 6 Nov.

Asa.

JOHAN BENGTSOON säljer sina gods i Grytsjöås till sin svåger Bengt Nilsson.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus JOHANNES BENDICTSSON salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volo omnibus euidenter me discreto viro genero meo dilecto benedicto niclasson predia mea omnia cum singulis eorum adiacenciis in grytsyoas sita pro pleno precio vendidissi transfero igitur in ipsum et in suos heredes plenum jus proprietatis et possessionis dominium supradicta predia habendi vendendi seu quomodolibet pro voluntatis

sue

*) Brevet är afskrifvet i sammanhang med 2:ne andra bref af åren 1384 och 1409 rörande samma gård Medevi, efter original, förmodligen i någon enskild persons förvar.

**) Afven åtskilliga af de följande Fastarnes namn hafva genom afskrifvaren fått oriktig kasusändelse, hvilket jag ansett mig böra rätta.

sue beniplacito libere ordinandi, ablata mihi meisque heredibus omni facultate vel legum adiutorio seu villo adinuencionis ingenio dicta predia. reuocandi inpetrandi seu confederacionem inter nos modo actam aliquialiter jnfringendi jn cuius facti euidenciam petiui cum instancia, sigilla nobilium militum, scilicet auunculorum karissimorum dominorum benedicti et karoli, nec non viri discreti petri karlsson vna cum proprio presentibus apponenda Scriptum asa anno domini M^o C^o C^o XX^o octauo dominica proxima post festum omnium sanctorum.

Sigillen: N:o 1, Johan Bengtssons (upprest lejon); N:o 2 fyrdeld sköld, i öfrigt otydligt; N:o 3 utplånadt; N:o 4 borta, remsan kvar.

2685.

1328 d. 11 Nov.

WALBORG JONSDOTTER testamenterar sin qvarn nära Söderköping samt 100 mark penningar och en bod till Minoriterbrödernas kloster och kyrka i Söderköping, der hon väljer sin graf; bestämmer åtskilliga gåfvor till kyrkor, kloster, hospital, prester, fattiga och andra personer; uppdragande derjemte åt sin man Alvinus, att fullgöra andra hennes donationer, så som han vet hennes önskan vara.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

JN nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Quoniam vt ait beatus. gregorius. tucior est via. vt bonum quod quisque post mortem suam. sperat agi per alios. agat dum viuit ipse per se. Hinc est quod Ego WALBURGIS JOONS DOTTER. Considerans quod omnia que sub celo sunt ex nichilo condita sunt et ad suam originem tendunt naturaliter vniuersa. Et hoc solum de rebus transitoriis post huius vite transitum, non transire dinoscitur quod ad pietatis opera misericorditer erogatur,, Ideo licet debilis corpore, tamen sana mente et incolumis de rebus mihi a deo quamuis inmerito largissime concessis. testamentum meum condo in hunc modum JN primis lego fratribus minoribus sudhercopie. apud quos irreuocabiliter meam eligo sepulturam, Molendinum meum situm juxta sudhercopiam. Jtem eisdem fratribus pro fabrica ecclesie centum marchas denariorum. Et tabernam meam quam habet Gunnarus widh broo. pro cereo paschali. nolens quod ad alios vsus deputetur Jtem Ecclesie lyncopensi sex marchas denar. Fratribus minoribus ibidem decem marchas denar. Fratribus predicatoribus skæningie tres marchas denar. Hospitali ibidem tantum. Singulis domibus fratrum minorum in regno swecie preter prenominatas cuilibet illarum tres marchas denar. Jtem cuilibet ecclesie in qua bona habeo duodecim oras denar. et sacerdoti ibidem tantum. preterquam ecclesie in haghærstadhum. cui do capellam meam. et sacerdoti ibidem tres marchas denar. Jtem Ecclesiis beati Laurentii. et beati Egidii